

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Statuta Ruralis Capituli Linzgoviensis**

**Marquard Rudolf <Konstanz, Bischof>**

**Constantiae, 1699**

Caput XI. De partitione proventuum praedii parochialis, & elocatione  
ejusdem

[urn:nbn:de:bsz:31-129236](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129236)

quorum anniversariorum nondum  
peractorum census recepisset, ad ho-  
rum restitutionem juxta hoc statutum  
nostrum, suo successori faciendam  
teneatur.



## Caput XI.

*De partitione proventu-  
um prædij Parochialis, &  
elocatione ejusdem.*

**C**irca dictum prædium Parochia-  
le, vulgò *Widrumguet* / no-  
tandum occurrit, quod ab anti-  
quis temporibus in Capitulo nostro  
moris fuerit, ut illud metat, & fru-  
ctus percipiat is, qui seminaverit.  
Quod ad successorem attrinet, si semi-  
na terræ commissa, fructusque talis  
præ-

prædij jam maturescentes depræhenderit, 3tia ex eis pars, sive tertius manipulus, ut vocant, die Landgarb / hac ratione ei cedet, ut tertium mesforem constituat, vel quod idem est, tertiam sumptuum partem refundat; & si prædium hoc locationis contractu, sive alio titulo à laicis possideatur præter tertiam hanc partem cedent ex eò etiam decimæ, nisi malit stare contractui antecessoris, quod arbitrarium relinquimus.

Si verò successor fructus jam demessos in vectos invenerit, nihil prorsus fructuum, straminis, aut fæni ipsi pendetur. Ne tamen per ablationem fæni, & straminis prædium hoc labefactetur, totum utriusque successori tolerabili pretio vendere teneatur. Quòd si cedens in fraudem successoris aut notabile detrimentum prædij stramen, aut fenum alienasset, ad idem restituendum, & successor

ven-

vendendum  
tio de proventu  
erunt antecessor  
prout defuncto  
vectos reperer  
sed quid de str  
consuetudine  
simus ex ijs co  
cedat.

Nullus a  
dictum præ  
dum quæren  
forum ad lon  
dies vitæ, vel  
multò minù  
quoque ob  
incommoda  
no in annu  
continuos an  
dibus tantum  
aliter tegerit  
contractus: C  
cimis, ut de f

vendendum obligetur. Par erit ratio de proventibus prædij elocati, qui erunt antecessoris, aut successoris, prout defunctus in agris aut horreo in- vectos repererit, ut supra dictum est, sed quid de stramine & fæno? pro loci consuetudine disponenda, ita tamē, ut fimus ex ijs collectus in usum prædij cedat.

Nullus autem Confratrum supra dictum prædium proprium commodum quærendo, in damnum successorum ad longum tempus, & ultra dies vitæ, vel mansionis suæ elocabit, multò minùs alienabit. Decimas quoque ob varia hinc emergentia, incommoda, deinceps non nisi ab anno in annum, vel ad summum in 3. continuos annos & quidem pro fructibus tantùm vendi permittimus, qui aliter fecerit, ipso facto irritetur contractus: Cæterùm de minutis decimis, ut de fæno, leguminibus, ag-  
nis

nis, porcillis, apibus, & id genus aliis decimis, antecessor / seu ejus hæredes cum successore concordent, ex bono & æquo, quòd si convenire nequeant, interponant Decanus, & Camerarius partes suas, & quidquid ipsi decreverint, id æquanimiter ex utraque parte acceptari debet.

Si quæ ligna secta, vel conscissa, præ manibus fuerint, quæ cedens de proprio alienis è nemoribus comparavit, sibi ipsi vel hæredibus ejus cedent ex integro, si verò in sylva Ecclesiæ seu prædij parochialis secuerit, ea debentur successori, expensis tamen pro illorum sectione, advectione &c. integrè restitutis.

Denique, si contingat Decanum, vel Camerarium in partitione proventuum ac transactione diutiùs occupari, tunc antecessor vel ejus hæredes unacum successore præter subministratum victum, etiam honorarium quod

quod suscepto  
terre non detre

Collatores  
Ecclesiæ incu  
subjacere veli  
sylvas, jura,  
videnti utilita  
dinarijque i  
nulla ratione  
obligent, ve  
locent, quæ  
& morte, v  
ritantur, cul  
libus in suste  
Ecclesiæ  
legitim  
ca

quod suscepto labori respondeat , offerre non detrectabunt &c.

Collatores quoque nisi censuras Ecclesie incurrere , anathematiq̄ue subjacere velint , ejusmodi prædia , sylvas , jura , & alios proventus sine evidenti utilitate , & necessitate , Ordinarijque imprimis approbatione nulla ratione vendant , permutent , obligent , vel alienent , neque diutius locent , quàm sit jure permissum , sicut & morte , vel cessione decedentis iritantur , cùm enim bona hæc à fidelibus in sustentationem ministrorum Ecclesie sint oblata , quilibet

legitimus eorum possessor ea repetere , suisque usibus applicare potest.